

Jakob I., England, König



Dissertatio Politica, De Iure Monarchiae liberae, Seu De mutuis Regis absoluti, & Subditorum eius officiis

[S.l.], 1615


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769050174>

Druck Freier  Zugang





Fl e 3037.



DISSERTATIO
POLITICA,

DE IVRE MONARCHIÆ
liberæ,
SEV

De mutuis Regis absoluti, & Subdito-
rum eius officijs.



41^b-14

M. DC. XV.

716-3037

~~716-3037~~

INSTITUTION
POLITICA
SIVE MONARCHIA
SIVE
SUBJECTIO

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis



P R Æ F A T I O.

Differtatiunculam hanc, quam vobis offero, Populares dilecti, prout ab amore, erga salutem vestram profecta est, ita quæso grato animo suscipite. Haud lubens simul & tædiosus, & infructuosus essem. Quare si sententijs non est referta, saltem brevis est. Multa fortassis in ea desiderabitis, quod vt excusetis, considerate vobiscum diligenter, me hic tantum vera fundamenta, quibus viam rectam vos doceam, iacere: tempus vero refutandis aduersariorum argumentis non terere. Si rem attentius perspicitis, confido vos comperturos, validissima quæq; eorum tela, aut contra-

A 2 rÿs

P R Æ F A T I O.

rijs thesibus aut tacitis instantijs, & ob-
 iectionibus (quanquam indirecte sem-
 per) retorta & repercussa esse. Mihi e-
 nim propositum est alios instituire, ne-
 minem, si fieri possit, laceffere. Fructus,
 quem hinc ad vos redire peropto, est,
 partim ut secundum fundamenta à me
 allata actiones vestras omnes sic insti-
 tuatis, ut deinceps quam ingressi estis
 proborum parentiumque Regi suo Sub-
 ditorum viam semper insistatis: par-
 tim vero ut si in eos incideritis, qui
 laudabunt aut excusare conabuntur,
 præteritas, quæ in hoc regno vel alibi e-
 ruperunt, Rebelliones, aduersus Sirenos
 eorum cantus exempla particularia,
 quæ adducturi sunt, ad normam horum
 principiorum reuocando, armatisitis.
 Qua ratione fiet, ut recte iudicetis,
 sententiam ferentes de omni actione pro
 qua-

qualitatibus eius solum: non autem ex
 praconceptis vestris de authoribus exi-
 stimationibus: Sic repentes qui vobis
 ex usu sint, labores meos susceptos iniu-
 cunditatem ac delectationem vertetis.
 Sed ne praefatio hac iusto sit longior, finē
 facio: vosque Deo commendo: me vero
 aequis vestris, & à charitate profectis
 censuris.

С. Φιλόπατρις.

A 3 DE



DE IVRE MONARCHIÆ
LIBERÆ,

Seu

*De mutuis Regis liberi & Subdi-
torum eius officijs.*

QUEM AD MODUM populo
vniuscuiusq; loci nihil ma-
gis necessarium, secundum
Dei sui cognitionē, vera fi-
delitatis suæ & obsequij, pro ea forma
regiminis, quæ inter ipsos stabilita est,
notitia: in primis autem in Monarchia
(quæ forma vtpote referens Diunita-
tem, proxime accedit ad perfectionē,
prout doctissimi ac sapientissimi quiq;
post hominum memoriã vno consensu
tradiderunt: cum vnitas rerum omniũ
sit perfectio) Ita ignorantia & (quæ pe-
ior

ior

ior est) falsa opinio multitudinis, opera eorum excæcata, qui se ad docendum rerum ignaros aptos esse existimant nonnullis, iisque florentissimis Rebus publicis attulit exitiũ: tot etiam ac tam graues coaceruauit calamitates, quæ alijs extremã minarẽtur desolationẽ Fælix vero successus & arridẽs, quem sæpe habuit rebellio cõtra principes seculis superioribus (tanta fuit temporis calamitas & iniuria) tanquam praxis quædam, plurimos in errore suo confirmauit: et si nullum argumentum sit fallacius, quam si semper de causæ bonitate ac iustitia ex euentu iudicium feratur prout pluribus infra sum confirmaturus.

Quamquam vero omnibus Rebus publ. cognitio hæc necessaria est: nulla tamen vnquam fuit, inde ab ipso rerum primordio, quæ magis ea indiguerit, atque hæc ipsa nostra, quæ tam diu inordinata & turbata iacuit. Ab hac enim & quidem vna ignorantia, quam attigi, infinitæ illæ calamitates, mise-

A 4 ria,

riæ, & *invidia*, tanquam vberissima scaturigine manarunt: quas multi senserunt potius quam causas earum cognouerunt, aut attenderunt. Amor itaque mihi innatus, quo patriam hanc meam persequor, misericordia etiã, qua commoueor, dum eam videam tam diu distractam, tanquam careat vera illa obsequij subditorum in principem suum cognitione, impulit me tandem, vt silentium abrumperem, cum vt conscientiam meam erga vos (populares dilecti) exonerarem: tum vero vt vos vbi rescueritis, vnde hæc vestra tam multa & infinita mala, quorum fructus acerbissimos nimis diu gustatis, orta sint, cognitione ac fuga ipsius causas, iustissimos & deplorandos eius effectus, qui ipsam semper & necessario comitantur, auertere & vitare possitis.

Statui ergo hac dissertatiuncula, tantum vera mutui officij & obligationis inter liberum & absolutum Monarchã & subditos fundamenta proponere: nõ autem respondendo thesibus contrarijs,

rijs, quas non puduit nonnullos magno infinitæ multitudinis rerum ignaræ malo, suo vero sempiterno & meritissimo dedecore literis mandare vestra abuti patientia. Eis enim si respondissem, fieri non potuisset, quin interdum acrius in ipsorum personas inuectus essem. Quæ res potius contentiones inter lectores (prout probassent improbassentve) peperisset, quam solide eos in veritate instituisset. Hanc autem mihi vnum hic esse ad quem collimo, scopum, eum attestor, qui omnium corda scrutatur.

Primo igitur, cum Monarchia, vt dicebam, verum sit exemplar Diuinitatis, solida fundamenta, quibus mihi superædificandum est, ex sacris literis proponam.

Secundo ex legibus huius Regni nostri fundamentalibus.

Tertio ex lege Naturæ varijs ab ea petitis similibus.

Ad extremum grauissima speciosissimaq; incommoda, quæ contrapossunt obijci, diluam.

A 5 Of.

Officiam Principis erga suos subditos tam perspicue multis Sacræ Scripturæ locis descriptum extat: tamque manifeste ab omnibus bonis principib. secundum iuramentum præstant in sua inauguratione, agnoscitur: vt nihil neesse sit, in eo declarando diutius immorari. Paucissimis igitur illud percurro.

Reges à Rege prophetico *Dij* dicuntur, eo quod in terris Dei solio insident, eiq; administrationis suæ rationē reddere tenentur. Officiam ipsorum est, populo iustitiam & iudicium administrare, vt idem Propheta loquitur, euehere bonos: punire malos; Bonas leges inter suos stabilire: Et vt eis præstent obedientiam, efficere: vt à multis pijs Regib. Juda factitatum est. Pacem populi promouere ac fouere quemadmodum iterum Dauid docet: omnes quæ inter eos incidere possunt, controuersias, quod fecit Salomo, decidere: Ministros Dei esse, bono eorū, qui bona faciunt, & vt tales in eos vindicare, qui quod

Psal. 101.

1. Reg. 3.

quod malū est agunt, vt habet Apoftolus. Denique vt decet bonos Paftores egredi egrediq; coram fuis fubditis, & profperitate fua eorum tranquillitatē & incolumitatem procurare. Sicut 1. Sam. & apud Ieremiam habetur.

Hac de caufa non folum Reges noftri, verum etiā omnes ac finguli Chriftiani Monarchæ in folenni fua inauguratione iurant, *Primum* fe Religionem eam, cuius pro tempore in fua ditione fit profeflio, fecundum eas leges quib. ftabilita eft, conferuaturos: omnes a. qui exercitium eius publicum mutare aut perturbare conabuntur, punituros. *Deinde* fe iuftas omnes ac laudabiles leges ab antecessorib. fuis latas defenfuros, eafdem adminiftraturos, vtq; ex ijs violatores earundem pœnis efficiantur curaturos. *Postremo* fe regnum vniuerfum & fingulos, qui in eo funt, ftatus & ordines, vt antiquis ftuantur priuilegijs immunitatibusque tam aduerfus omnem vim externam quam internam tuituros & pro pugnaturos.

Ad summam, iurat vnusquisque Monarcha Christianus, se id curaturum, vt salus & prosperitas populi sui promoueatur, firmetur, defendatur: non solum antiquas Regni leges tuendo & exequendo, nouasque (prout necessitas & mali hominum mores requirere videbuntur) fanciendo : Sed etiam alia omnia media, quæ quidem prouideri possunt adhibendo : Se etiam omnibus imminentib. eis periculis occursurum: concordiam, prosperitatem, vrbانيتatemque inter ipsos, tanquam benignū patrem & sollicitum vigilem futurum, maiorem de ipsis quam de se curam gerens : cum sciat se ipsorum, non illos ipsius causa esse constitutum : ac propterea magno illi Deo, à quo tanquam vicarius ipsis, vt quantum potest, sub animæ suæ periculo omnium eorum tam corporis quam animæ curet salutem, præfectus est, rationem redditurum esse.

Atque hoc iuramentum, quod præstant Monarchæ cum Regnum ineunt,
cla-

clarissima est ciuilis & fundamentalis Lex, per quam Regis munus & officium definitur.

Legem Naturæ quod attinet, Rex ex ea solemnī sua inauguratione fit pater totius populi sui. Quemadmodum autem ex officio paterno tenetur pater curare, vt liberi sui alantur, honeste educantur, pieq; regantur: ita etiam Regis est omnium subditorum suorum affici sollicitudine, vt pater omnes, labores ac molestias liberorum suorum causa susceptas, exiguas optimeque collocatas existimat, modo in ipsorum cedant commodum. Sic etiam Princeps de suis quos perfert subditorum gratia debet statuere. Vt benigni patris est, ea omnia pericula & incommoda, quæ natis suis accidere queunt, prouidere, eaque omni conatu, etiam cum capitis sui discrimine propulsare. Ad eundem modum Rex subditorum suorum pericula perspicere, anteuertere, & ab eorum ceruicibus depellere tenetur. Sicut patris iram & in filios, à quibus offen-

offensus est, animaduersione quamdiu reliqua spes est emendationis attemperanda est misericordia: ita etiam Regis in quosuis suos subditos, qui ad eum delinquunt modum. Denique ut rem in pauca contraham, quemadmodum patris est nulla re delectari magis cura de liberorum suorum salute: exultans, si bene contra indolens si ipsis male sit: item subire discrimina, ut tuti sint labores suscipere, ut quiescant: vigilare ut somno fruantur: vnico verbo statuere omnem quam in hoc mundo consequi potest beatitudinem, atque adeo vitam suam consistere & vigere magis in eis quam in seipso: sic etiam principem erga suos subditos affectum esse decet.

Iam ut ad alterum membrum huius mutui vinculi accedam, id est, officium & obedientiam, quam subditi Regi suo præstare tenentur: fundamentum eius peto ex verbis Prophetæ Samuelis diuinitus inspiratis: postquam mandasset ei Deus, ut petitioni populi, Regem eis eligendo & vnctione confirmando an-
nue-

15 *De iure Monarchiæ liber.*

nueret. Qui locus bene intellectus cū maxime huc faciat, ipsissima textus verba adscribenda putauī.

9. *Nunc itaque ausculta voci illorum, veruntamen cum sedulo contestatus fueris contra eos, & indicaueris eis rationem istam Regis, qui regnaturus est super eos.*

10. *Itaq; indixit Samuel omnia verba Jehovæ populo petenti à se Regem.*

11. *Ac dixit: Hæc erit ratio ipsa Regis, qui regnabit super vos: Filios vestros accipiet, vt sibi disponat in currib. suis: Et in equitibus suis, vt currant ante currum suum.*

12. *Et ad disponendum sibi chiliarchas & præfectos quinquagenis, & ad arandum arua sua, & ad metendum messem suam, & ad faciendum instrumenta bellica sua, & instrumenta currum suorum.*

13. *Si*

13. *Similiter filias vestras accipiet in unguentarias, in coquas & in pistrices.*

14. *Etiam agros vestros, & vineas vestras ac oliueta vestra optima accipiet, & dabit seruis suis.*

15. *Semina quoq; vestra & vineas decimabit, & dabit aulicis primoribus suis & seruis suis.*

16. *Servosque vestros & ancillas vestras ac iuvenes vestros præstantissimos & asinos vestros accipiet, adhibebitque ad opus suum.*

17. *Greges vestros decimabit, denique vos eritis ei serui.*

18. *Adeo vt clamaturi sitis die illa propter Regem vestrum quem elegeritis vobis. Sed non exaudiet vos Jehoua die illa.*

19. *Renuerunt tamen populus auscul-*

scultare voci Samuelis, & dixerunt, nequaquam, sed Rex præerit nobis.

20. *Vt simus nos quoq; sicut omnes istæ gentes & vindicet nos Rex noster, & præcedens ante nos gerat bella nostra.*

Hæc verba Samuelis à spiritu Dei dictata esse, nulla præter istam eget probatione: quod verba sint S. Scripturæ: qua omnis vt loquitur Apostolus, *diuinitus inspirata est*. Quod quidem principium nemo vere Christianus vnquam negaturus est. Vnde necessario consequitur, hos sermones nõ esse profectos ab vlla, quæ Prophetæ, vtpotè inuito imperiũ, quod iam diu gesserat, deponenti, ac proinde cupido populo dissuadenti, Regis gubernationem inuisam ei atq; odiosam reddendo, importunam precem, qua Regem sibi præfici rogabant, inesset ambitione. Nam vt è textu clarum fit, eos hoc fine alloquitur, vt absolute concedat eorum petitioni, prout Deus ipsi totidem verbis iniunxerat, dicendo. *Ausculta voci populi.*

B

Ac

Atqui multis velle dissuadere illud ipsum, quod concessurus veniebat, virum prudentem parum decuisset, nedum summi Dei prophetam. Similiter vita eius post acta satis ostendit, præcedentem petitionis populi & diuturnam recusationem ab omni animi elatione fuisse remotissimam: quod etiam intercessio eius & quasi importunitas apud Deum, pro Saulis incolumitate satis comprobavit. Immo quanquam Deus ipsi declarasset, se iam Saulem reprobasse, ne esset Rex: tamen non destitit ab instituta pro ipso apud Deum interpellatione. Ista autem eius verba prophetiam non esse de Saulis primi Regis Israelitarum defectione, non tantum ex eo palam est, quod scriptura nullam tyrannidis eius & violentiæ, faciat mentionem, (quæ tamen in ea, utpote vera vitæ ac morum eorum Regum, quos describit tabella, prætermissa non fuisset, non magis quam alia vitia, quibus laboravit) sed etiam quod ipse à Deo propter virtutem ac dona Regi populi sui con-

con-

conuenientia electus est. Apostasia autem qua postmodum à Deo defecit, à naturæ illius prauitate extitit, non autem ab aliqua Dei culpa: quem alij, qui contra statuunt, populo suo faciunt vitricum, quippe qui regimini populi sui omnium ineptissimum: & quidem uolens elegerit: præsertim cum electio ista absolute & immediate penes Deum esset.

Contra autem planissimum est hanc Samuelis ad populum orationem eo spectasse ut appareret eum ad parendum isti Regi, quem Deus ei erat daturus. Hæc causa est quod ipsis aperit, quam non ferendis qualitatibus nonnulli Reges eorum possent esse præditi, ut sic ad patientiam eos institueret: ne Dei resisterent ordinationi, perinde ac si hoc modo eos fuisset alloquutus.

Cum Deus importunæ vestræ petitioni, qua ab ipso Regem petiuiſtis, auerit: peccaueritisq; abijciendo Dei iugum, & præfestinanter Regem quaerendo: caute plurimum ab altero præcipitio,

pitio, ne vestrum onus, quod petitione vestra Deus vobis imposuit, quantumuis graue ac molestū esse videatur, eadē temeritate abijciatis. Nā quemadmodum Regem Deo non permittente & ordināte, ferrē nō poteratis: ita etiā eo super vos constituto, imperiū eius detrectare non potestis, nisi eodem Deo approbante. Tempestiue itaque patientia & humilitate vos ipsos armate, quandoquidem in eius vnius potestate est Regem deturbare, cuius est euehere & stabilire. Id vnum autem vestrum est, nempe vt obtemperetis, extrema ista de quibus vos nunc moneo, patienter sferentes, certo persuasi, non magis vobis licere ea abijcere, quam ipsissimam Dei manum vobis incumbentem.

Si vero lubet ipsa textus verba ordine perpendere, manifeste reuerentiam & obsequium, quæ modis omnibus Regi suo præstare tenentur subditi, nobis declarabunt.

Principio duo sunt quæ Deus Samueli

mueli imperat: alterum vt populo pe-
tenti Regem annuat: alterum vt eos
præmoneat de ijs, quæ ab aliquibus suis
Regibus erant perpeffuri, ne postmo-
& dum cum fenserint laqueos prædictos,
frementes & obmurmurantes dicant,
nunq̃ Regem à Deo eramus accepturi,
si nos præmonuiffet, nos sic, quæ admo-
dum nunc, etfi nimis sero experimur,
fore accipiendos. Id dicitur his verbis
*Nunc itaque ausculta voci ipsorum. Verunta-
men quantum sedulo contestatus fueris contra
eos, & indicaueris eis rationem istam Regis,
qui regnaturus est super eos. Quod Dei
mandatum dum Samuel exequitur,
duo etiam facit.*

Primum enim ijs declarat, quibus
in rebus Rex eorum iustitiam & æqui-
tatem violaturus sit.

Secundum omnē eis præcidit spem
obtinendæ permissionis vtut Regiæ
gubernationis eos distædeat, iugum il-
lud quod Deus ipsis importunitate i-
psorum adductus imposuiffet excuti-
endi. Quæ æquitatis sunt, & Rex ipso-
rum

B 3 rum

rum non est obseruaturus his verbis exprimuntur.

11. *Filios vestros accipiet, ut sibi disponat in curribus suis, & currant ante currum suum.*

12. *Et ad disponendum chiliarchas & præfectos quinquagenis & ad arandum arua sua, & ad metendum messem suam, & ad faciendum instrumenta curruum suorum.*

13. *Similiter filias vestras accipiet in unguentarias, in coquas & in pristices.*

Ea vero quæ iustitiæ sunt à Rege ipsorum non obseruanda, sequentibus verbis enarrantur.

14. *Agros vestros & vineas vestras, ac oliueta vestra optima accipiet & dabit seruis suis.*

15. *Semina quoque vestra ac vineas decimabit, & dabit aulicis suis & seruis suis.*

16. *Etiam greges vestros decimabit.*

Quasi dicat: Præstantissimi & nobilissimi quique inter vos, abiectissima & maxime seruilia officia ei præstare cogentur. Patrimonio suo haud contentus ex optimis vestris agris, vineis, pomarijs, gregibusq; reditus sibi cõparabit:

bit: adeo vt lege ipsa naturæ Regioque munere ab ipso. spretis & inuersis, vos liberi, agri, omnes deniq; vestræ possessiones, eius vnus vtilitati & libidini sint seruituræ.

Alterum quod continet, præmonitionem puta, qua ipsis non permissum iri docet, vt iugum abijciant, quod ipsis Regem importune petentib. Deus imposuerit, quantumuis imperiū Regiū fastidiant, ea his verbis proponitur.

18. Clamaturi estis die illa propter Regem vestrum quem elegeritis vobis: sed non exaudiet vos Iehoua die illa.

Sententia est: cum ipse euentus rerū harum de quibus vos præmoneo, comprobauit veritatem: etsi eas frematis: tamen vobis onus hoc deponere nō licebit: nō tantū eā ob causam q̄ Rex talis vobis est à diuina ordinatione: verū etiam q̄ vos ipsi eum Regē vobis elegeritis, eaque ratione, omnibus in perpetuum scientes prudentesq; renunciaueritis priuilegijs, ex quib. eā potestatem postmodum essetis ad vos reuocaturi, quod Deus vobis non est concessurus.

Et vt nullum omnino vlli excufationi relinquat locum, aut contractus huius retractationi, postquam in iugi huius, omniumque quæ illud comitabantur, difficultatum, quas ipsis proposuerat, receptionem vltro consensissent, petit propheta, vt respondeant suæq; assentiatur propositioni: quod manifestum fit ab eorum responso, his verbis expresso.

19. *Nequaquam, sed Rex præerit nobis.*

20. *Et nos etiam erimus sicut omnes aliæ nationes: & iudicabit nos Rex noster, & præcedet ante nos, bellag, nostra geret.*

Ac si dicerent: Contestatio hæc tua & iniquæ conditiones, quas nobis exponis, nos à proposito nostro non deterrebunt: Sed quicquid inest huic regimini boni vel mali suscipiemus, nec detrectamus, quin omnia & singula onera, quæ Regi nostro nobis imponere placebit, non minus quam aliæ Nationes feramus. Quæ quidem onera tanto æquiore portabimus animo, quanto maiores sunt vtilitates, quæ ex eo, quod
bella

bella nostra gesturus est, ad nos sunt reditura.

Cum itaque Regni huius & Monarchiæ constitutio inter Judæos, atq; eiusdem lex, exemplar esse queat, imo debeat ad quod omnes Christianæ & bene institutæ Monarchiæ debeant cõformari, ytpote ab ipsomet Deo fundatæ, cuiusque lex sacerrimo oraculo ipsius ore perlato sit sancita: quam tandem vindicare sibi possunt spiritus feruentes mentesq; rebelles aduersus vllã Monarchiam Christianam libertatem: præsertim cum arrogare sibi ac suis maiorem eã nullam possint, quam Dei populus sibi tribuere potisset nec vlla vnquam Tyrannis maior ab vllõ siue principe siue tyranno, quem quidem obijcere queant, fuerit exercita hac ipsa (si modo hominum corpora, eorum filios, filias, seruosque sic crudeliter habere, nobilissimos quosque viros ac mulieres in vilissimam redigere seruitutem: fortunas eorundem expilare, & in suum vnus, aulicorum item & seruorum suorũ

conuertere & abuti commodum, tyrannis dici debeat) de qua populus Dei (cui tamen ne vlla ratione rebellet interdicitur) hic præmonetur? & quo magis magisque veritas huius assertionis in sacris literis fundatæ ipsa praxi, quæ in iisdem sæpe firmatur, elucescat: non legimus vsquam Prophetas authores fuisse subditis, vt in principem, quantumuis impium, rebellarent.

Quum Samuel, Deo id iubente, huic ipsi Regi Sauli denunciaret, regnū eius laceratum esse ab ipso (quod reuera nihil aliud erat quam ipsum loco suo & dignitate mouere) mox tamen nulla alia interueniente eius actione, domum pacate reuersus est, lachrymarumque largis effusus riuis, à Deo precibus contendit, vt aliqua erga Saulem vteretur misericordia.

Dauid etiam, quanquam in Regis illius à Deo reiecti locum esset inauguratus & crudeliter ab eo non quod male sed quod optime de ipso esset promeritus, infestaretur: non solum vix ausus est, (etsi eum haberet in sua potestate)

vestimenta vncti Jehouæ, cui etiam verbis benedixit, attingere: verum etiam, cum ad eum veniret, qui profiteretur iactaretq; etsi falso, se Saulis esse percussorem: absq; vlla iudicij forma, aliaque in eum inquisitione tantû quod lingua se reum fecisset, eum morte repentina afficiendum curauit.

Et quamuis nullus vnquã immanior extiterit persecutor, nec tyrannus sæuior Achabo: omnis tamen rebellio, quam Elias contra eum suscitauit, fuga fuit in desertû, vbi deficientib. cibarijs à coruis sustentatus est. Neminem autê fore existimo qui dubitauerit, Samuellem, Daudem, & Eliam non minorem habuisse populo persuadêdi potestâtê, si abuti sua authoritate ad excitandas contra hos tã impios Reges seditiones & Rebelliones ipsis fuisset integrum, quã vlli seditiosi concionatores nostris temporibus cuiuscunq; tandê fuerint Religionis, siue apud nos, siue in Gallia, qui præcipue occupati fuerunt in Rebellionibus mouendis & qdem specie pietatis & Religionis, habuerint.

Quod ipsum, vt & ea, quæ hætenus nonnihil attuli, Satyrice, non motus (Deus mihi testis est) aliquo in personas ipsorum odio, sed vnica veritatis amore. Si quis vero vt populi palliet rebellium extraordinarijs nitatur eorum exemplis, qui in Scripturis leguntur, Reges de fastigio suo deiecisse aut interfecisse: qualia sunt Jehu, & si quæ sunt eiusmodi: Ei respondeo, præterquam quod populus ea destituatur auctoritate, qua muniti fuere, quorum exempla adferuntur: si exemplis Sacrae Scripturae extraordinarijs viuendum sit: cædes sub fidei prætextu vt in Ehu- de & Jaele: furtum vt in Israelitis Ægypto migrantibus, mentiri parentib. in fraudem fratris sui, vt in Jacobo, hæc inquam omnia æque ac eodem iure, quo Rebellio contra principes, inter egregia facinora & præclaras virtutes erunt numeranda. Breuiter vt concludam, praxis quæ nobis in tota scriptura describitur, comprobatur subditos obedientiam isti diuinæ legis axiomati præstitisse:

stitisse:

stitisse: *Iudices non execraberis & principi populi tui non maledices.*

Vt igitur finem imponam primo assertionis meæ fundamento, claudant hanc eius partem duo apprime notanda exempla, quorum alterum sub Lege, alterum sub Euāgelio nobis proponitur.

Sub lege propheta Jeremias populo Dei extremam minatur perniciem & interitum, si in Regem Babelis *Nebucadnezarem* rebellarent: Persecutor erat, Idolatra, extraneus, tyrannus erat, & hostis capitalis libertatis eorum: nihilominus cum eum recepissent, & pro Rege suo agnouissent: non sufficit prophetæ præcipere, vt ei præstent obsequium: sed etiam vult, vt pro eius prosperitate Deum rogent, & quidem adiecta ratione, quod in ipsius incolumitate ipsis pax futura esset.

Sub Euangelio, Rex ille cui iubet Romanos obedire Apostolus, & propter conscientiam seruire, *Nero* fuit crudelissimus ille Tyrannus, æui sui labes, mundi monstrum teterrimum, nec minus

nus

nus quam Rex Babelis, persecutor populi Dei idololatrius.

Si itaque defectio à Deo, in subditos suos tyrannis & persecutio Sanctorum propter ipsorum professionem efficere nō potuerunt, quin Spiritus Dei suis iniungeret sub pœna longe maxima, ut hisce regibus omnem debitam sincero cordis affectu, & quidem propter conscientiam, obedientiam præstarent: dantes hoc modo Cæsari, quod Cæsaris, & Deo quod Dei erat, ut Seruator loquitur: & praxis per totam S. Scripturam respondeat huic legi, quam sancivit Deus in Monarchiæ illius fundatione, (ut prolixè antea fuit declaratum) quæ tandem ista impudens erit, præsumptio & arrogantia in hominibus Christianis, si vlli eorum eam hodie sibi illegitimam vindicent libertatem, quam Deus proprio suo ac dilecto populo abnuit?

Quare ne sim longior & paucis sententijs, argumentis hisce ex lege diuina allatis, superstructis, officiū subditorū erga regem suum complectar. *Aio*

Aio, eis Regi suo, tanquam Dei in
terris vicario, esse obediendum: Man-
data eius tanquam ministri Dei in o-
mnibus, exceptis quae directe Deo aduer-
santur, esse obseruanda: agnoscendum
iudicem super eos à Deo constitutum,
habentem quidem potestatem ipsos iudi-
candi, sed ab uno Deo iudicandum, cui
soli iudicij sui rationem reddere tenetur,
metuendum esse ab ijs tanquã iudicem,
diligendum tanquam patrem: pro eo o-
randum tanquam pro defensore, vt per-
seueret in bono, si bonus: vt conuertatur
si malus fuerit: sequenda & ser-
uanda mandata eius iusta: declinan-
dum ac fugiendum eius furorem in iniu-
stis, nec resistendum esse ei, præterquam
suspitijs & lachrymis ad Deum fufis:
Secundum illud frequenter in Ecclesia
primitiua persecutionis tempore, vsur-
parum: Preces & lachrymæ sunt arma Ec-
clesiæ.

Iam

Iam quod attinet obsequij & obedientiæ, quã Regi suo debent subditi, ex fundamentali & Ciuili Jure: præsertim huius Regni descriptionem, quam me secundo loco propositurũ recepi: videndum nobis ante omnia qui primitus mos fuerit apud nostros leges ferendi, formamque Regiminis stabilendi. Hoc enim recte posito fundamento, postea recte eidem superædificare nobis haud erit difficile.

Et si res ita habeat (quemadmodum affirmant illi, qui se Tyrannomastyges esse iactitant) nimirum prisco illo & primo æuo, quo Reges existere cæperunt, inter gentes, varias Respub. & societates vnum aliquem cæteris virtute præstantem è corpore suo elegisse, & ad honoris illius fastigium euexisse, vt tenuiores iniuria prohiberet oppressores coerceret, societatemque humanam foueret & præseruaret: quod quidem alia ratione quam vi illius vnionis fieri commode non poterat, tamen hæc exempla nihil ad nos, quandoquidem
alia

alia est longe ratio tam nostri huius Regni, quam aliarum Monarchiarum bene multarum, quarum origo prorsus abfimilis.

Nam vt proditum est chronicorum nostrorum monumentis, Insula nostra in primis autem hæc eius pars, quam incolimus, vix culta cum esset & inhabitata à paucissimis, ijsq; barbaris, & ab omni propemodum ciuilitate alienis: Primus Rex noster Fergusius, & cum eo magna manus ex Hybernia, quæ diu ante nostram Insulam, culta fuit, aduenit: eaq; qua suis ex Hybernia adductis viribus qua beneuolentia auxilioq; incolarum, qui vltro partes eius sequuti sunt, subacta, se Regem & Dominum cum totius ditionis, tum etiã omnium incolarum constituit. Ex eo ipse & successores eius, longo post tempore quã rerum essent potiti, leges tulerunt stabilueruntq;, prout sibi res ferre videbatur. Veritas itaque directe refragatur si de statu nostro quæritur, fallæ eorum seditiones molientium scriptorum assertioni persuadere nobis conantium

C leges

leges statumque Regni nostri constitutum fuisse, antequam Rex vllus admitteretur. Contra enim clare probatum intelligitis, sapientem Regem ad Barbaros venientem, statum & formam regiminis primum instituisse, postea vero leges tulisse, ijsq; convenienter post eum successores.

Reges igitur in Scotia ante hominum vllos status vel ordines institutos ante comitia vlla, quæ Parlamenta vocant, celebrata, ante vllas leges latas fuerunt: & ab ipsis territorium (quod prius totum ipsorum erat) fuit distributum, status decreti, formæque regiminis introductæ & confirmatæ: Ex quo conficitur necessario Leges à Regibus non à Legibus Reges esse constitutos.

Quod vt amplius probetur, ab instituentis Archiui nostri (quæ antiquissimas & fundamentales nostras leges habent) patet Regem esse Dominum omnium bonorum: item Dominum directum totius dominij, omnes autem subditos esse tantum eius vasallos,

los, & quoscunque possident agros esse ipsius, tanquam supremi domini Feuda: qui ea pro cuiusque erga se meritis prorsus mutat, novos erigit Baronatus, veteresque vnit in consulto Parlamento, omnique alio inferiori foro. Adeo vt si iniuriam committere cuiquam liceret (quanquam vltro concedam iniuriam pro iniuria habendam esse, à quocunque tandem alteri inferatur.) Regi melior prætextus esset, si pro arbitratu libituque suo omnia destitutus ratione, agros ligijs suis hominibus & subditis tanquam supremus totius ditionis dominus auferret, eosdem cui vellet, cum omnes sint ipsius Feudum, donaret: quam subditis esse potest Regem de solio suo (quod licere ipsis aucthores male sani sentiunt) detrahendi, aliumque in locum eius suffiendi. Sed tam hoc quam illud, vt pote illegitimum & Dei repugnans ordinationi, æque indignum est, vt de eo boni cogitent, ne dum vt effectum dare conari liceat.

C 2

Le.

Legibus his quas adduximus Regni nostri Fundamentalib. respondet praxis cottidiana. In Parlamento enim (quod quid est quam suprema Regis & vasallorum eius curia?) Leges tantum rogant subditi, à Rege autem vno rogatu & sententia ipsorum constituuntur. Quanquam enim Rex indies constitutiones sanciat, indictis ijs pœnis, quas conuenire existimat: idque re nec cum Parlamento nec cum ordinibus communicata: non est tamen in vllorum comitiorum potestate, legem aliquam aut statutum condere, nisi Regis accedente authoritate, quæ vim legis obtineat.

Et licet stirps Regia sæpe fuerit alibi mutata, Regnis vi & armis ab vna ad aliam translatis, prout in vicino nobis Angliæ regno (nunquam in nostro) accidit: idem tamen ius Regium in ditio-nem vniuersam, eiusque; incolas reliquarum liberarum est, quod huius nostræ Monarchiæ. Nã cum spurius ille Normandiæ in Angliam veniret seq; Regem eius constitueret; annon id factum

vi & præpotente exercitu? Leges tulit, nullas accepit, veteres antiquauit, formam regiminis immutauit, multisque indigenis possessione sua pulsus & turbatis extraneis, à quibus fuerat adiutus bona ipsorum dedit illosq; in eorundem locum substituit:

Quod ita esse vel illud etiam hodie arguit, quod bona pars Nobilitatis Anglorum ex Normandis oriunda est, eorumque Leges, quibus viuunt, non Anglico, sed spurij illius scriptæ sunt idioma: Nihilominus successores eius felicissime eo regno in hodiernum diem potiti sunt, prout ij etiã fecerunt omnes à quibus ante ipsum Angli subacti sunt.

Et vt argumentum hoc finiam, Regem totius dominij supremum esse dominum, similiter firmatur varijs nostris legibus, etiam hodie vigentibus: Thesauraria nimirum de Hæredum defectu & spurijs. Nam si Thesaurus terra effusus inueniatur, cum pro derelicto habeatur, nemine eum asseruante, nec vtente, ex lege Regis esse intelligitur.

Si quispiam hæres agrorum bonorum-
ue aliorum absque heredibus è vineis
discedat: omnia eius tam mobilia quàm
immobilia ad Regem reuertuntur.

Si spurius legitimatione, quæ penes
solum Regem est, non impetrata, nul-
lisque ex se natis heredib. relictus mo-
riatur: omnia eius bona similiter Regi
cedunt. Quemadmodum autem, quod
clare videtis probatum, Rex totius di-
tionis, ita etiam omnium qui eam incol-
lunt, dominus est, habēs in singulos vi-
tæ ac necis potestatem, etsi enim nemo
iustus princeps vita multabit vel infi-
mum suorum nisi lege apertissima: ta-
men leges, ex quibus subditos plectit
capite ab ipso vel saltem ab antecesso-
ribus ipsius latæ sunt. Potestas igitur
semper ab eo est.

Experientia etiam cottidana testa-
tur, bonos & iustos principes nouas
subinde ferre leges & constitutiones,
pœnas earum transgressorib. irrogan-
tes, cum tamen committere, quod eis
prohibetur, antequam latæ essent, sub-
ditis crimini non fuisset.

Non

Non nego tamen antiquam legis & Regis definitionem, qua definitur Rex, Loquens lex: Lex vero Rex mutus. Nā reuera Rex qui suos non regit secundū leges, neque Deo administrationis suæ rationem reddere, nec beatum aut firmum Regnum habere potest.

Nam etsi verum sit, quod pluribus probaui, Regem nimirum esse supra legem, cum & eius author sit, & vim omnem, quam habet ei tribuerit: tamen bonus Rex non solum id operam dat vt subditos suos gubernet Legib. eorumque imperio præscripto: sed etiam omnes actiones suas ad eas conformat: semper innixus certissimo principio, salutem Reip. summam legem esse. Vbi vero animaduertit, leges esse ambiguas, aut nimis seueras: potest eas interpretari & mitigare, ne si non fiat, summum ius sit summa iniuria. Leges itaq; generales publice latæ in Parlamento possent certis de causis & circumstantijs Regi soli perspectis ab eo mitigari, earumque administratio sola ipsius auctoritate differri.

Similiter etiam si dixerim horū Regem actiones suas ad Legis normam directurum: tamen ad eam normam non adstringitur necessitate, sed voluntate & causa exempli, quod subditi imitentur. Nam dum promulgatur lex, ne quis carnibus vescatur *Quadragesima*: Rex quidem eam ab aula sua propter exemplum iubebit observari: nemo tamen est qui existimet, ipsi licentiam carnes comedendi nummis esse redimendam. Legib. nostris interdictum est, ne quis sclopos, cuiuscunq; tandem sint generis gestet vel circumferat. Nullus tamen vitio vertet Regi, si comitatu suo eorū vsum imperet, cum prædones aliosque homines sceleratos aut perduelles persequi voluerit.

Bonus Rex itaq; etsi supra legem est, ut modo dicebam, curabit tamen ut actiones suæ legi respondeant, & ex mera sua voluntate: sed non quasi legi subiectus, nec ad eius observationem obligatus.

Iam postquam ita clare probatum est à me ex legibus Fundamentalibus,

&

& praxi huius nostri regni, quid iuris & potestatis habeat Rex in ditionē suam & subditos: intellectu perquam est facile, quam obedientiam ei præstare teneantur eius subditi. Loquor autem de eiusmodi liberis Monarchijs, qualis hæc nostra est, non autem de ijs Regib. quib. electione Regna obueniunt: ac minime omnium de eiusmodi Ducib. cuiusmodi sunt VENETIANI, quorū Aristocraticum & certis finib. circumscriptum finitumq; imperium, nulla ratione liberis Monarchijs (etsi ea nonnullorum fuerit malitia, vt non puduerit eos nullum inter vtramq; Regiminis formam discrimen agnoscere) est equiparandū. Quod si nullis principib. nec Dynastis feudatarijs & vasallis, quemcunq; adferant prætextū, licet arguere nec remouere supremum suum dominum (q; ipso Sole clarius est ex omnium gentium legibus) quanto minns subditis & vasallis maximi sui domini Regis puta, resistere ei, aut de solio eū deturbare licebit? Nullum est in vniuerso Regno forum in quo fas est subditis

magistratum suum quamuis inferiorē, remouere: neque enim oppidanis integrum est, Prætorem suum deicere de loco ante tempus quo nouus creandus est: nec in politia Ecclesiastica grex vlla specie potest pastore suum dignitate sua priuare: neq; etiam de eo ferre iudiciū: Imo ne misellus quidem ludimagister à suis discipulis potest iure reijci.

Quod si hi inquam (quorum nonnulli inferiores tantum sunt subalterni & temporarij magistratus, nullus autē eorum vlla ratione dignitate cum Rege comparandus) nulla de causa, nulla specie nec prætextu remoueri debent ab ijs, quibus præfecti sunt: quanto minus licitum existimabitur vlllo obtentu magnum Prætorem & ludimagistrum totius regni coarguere & deturbare? Nisi forte tota ratione legum omnium & vniuersi ordinis inuersa, ij, qui parent superiores eorum quibus parent, qui iudicantur, iudicum, quiq; reguntur rectores dominorum præpositorumq; suorum constituentur.

Con-

Conuenientia vero legis Naturæ in hoc nostro fundamento, cum legibus & constitutionibus diuinis & humanis iam allatis à duob. similitudinibus fiet eidentissima. Rex ad subditos suos recte patri liberos habenti, & capiti corporis ex varijs membris compositi cõparatur. Quicumque enim in Dei populo boni fuerunt principes & magistratus se erga subditos suos patres esse agnouerunt & professi sunt. Alias vero Respub. bene constitutas quod attinet, titul^o Patris patriæ semper tributus est, & plerumq; adhuc Regibus tribuitur. Et certe Regis erga subditos suos munus, cum officio capitis erga corpus & singula eiusdem membra apprime congruit. A capite enim rationis & iudicij sede oritur cura & prouidétia moderandi corpus, & præueniendi omnia aduersa, quæ vel ei, vel parti eius alicui queant accidere. Caput sollicitum est de corpore, & Rex de suis subditis, ut ratiocinatio & directio à capite fluit: Exequutio a. ei respondens ad cætera membra.

membra pertinet, secundum munus v-
 nius cuiusq; eorū, ita etiam inter prin-
 cipem & subditos se res habet. Quem-
 admodum iudiciū à capite procedens
 non tantum vti potest singulorū mem-
 brorum munere, quamdiu quidem id
 obire possunt: verum etiam si vllum eo-
 rum affectum sit ac perturbatum, de-
 bet prospicere de remedio, quo resti-
 tuatur: aut si nulla ratione curari queat
 vt secetur, ne cætera inficiat: sic etiam
 princeps. Deniq; prout semper aliqua
 spes superest sonandi membrum affe-
 ctum morbo capitis auspicijs, quamdiu
 illud sanum est: contra vero si ipsum
 morbidum fuerit, reliqua omnia mem-
 bra ei malo communicant: ita etiā res
 habet inter principem & eius subditos.

Jam vero de patre, cuius ^{supra} erga
 suos liberos prima huius tractatus
 parte (vbi de Regum in subditos suos
 officijs) explicui: dispicite quæso, quid
 ei debeant nati, & an non monstruosum
 & contra naturā futurū sit, quicquid tan-
 dem obtendatur, si filii eius in eum in-
 surgant, ei obloquantur, pro arbitratu
 suo

suo resistant, eoq; è medio sublato aut reiecto, alium sibi in eius locum adoptent? Potest ne vllus prætextus impietatis aut seueritatis eius legitima esse liberis manus ipsi iniiciendi causa.

Quamuis autem ita à natura comparatum sit, vt amor ascendat potius quam descendat: fac tamen verum esse, patrem liberos suos maximo odio prosequi, atrocissimisq; adficere iniuriis. Est ne quisquam tam ab omni ratione alienus, qui iudicet, licere eis par pari referre? Imo fingamus, patrem furiose filios suos gladio stricto insequi? Quid? fasne ipsis erit conuersis repercutere, aut vlla ratione quam fuga resistere? Sane etsi præter brutorum & omniratione destitutorum animantiũ exemplum nihil afferri posset, vel illud tamẽ cõfirmando huic argumẽto satis esset.

Haud raro legimus apud authores, summam esse cõconiarum in parentes suos atate confectos pietatem. Ac generatim nouimus, varia esse tam aliarũ bestiarum, quam volucrum genera, quæ violenter, & quidem sæpe non sine sanguine

guine multisq; vulneribus pullos suos, ut primum vident quod seiplos tueri possunt, à sede pellunt. Nunquam autè nobis lectum, nunquam auditum, pullos maioribus suis, si vyperas excipimus, resistere. Quod argumento est, eos quos ratione præditos esse decebat, & tamen præter omnè rationè & naturæ instinctum exemplum hoc imitantur viperea natura præditos & indutos esse.

De similitudine autem capitis & corporis fieri quod potest, ut caput cogatur membrum aliq; putridum (ut modo dicebā) quo reliquū corpus sanū seruetur secare: sed quo loco corpus esse queat, si caput proptereaq; infirmum, malisq; nonnullis obnoxium sit, amputetur, lectorum iudicio relinquo.

Quare, ut etiam huic dissertatiunculae meæ præsentī finē imponā, si licitū est liberis vlllo obtentu in patrem suum insurgere, eoq; reiecto aut exciso alium sibi in eius locum pro arbitrato suo eligere: si corpus ut saluum & incolume sit potest iure propter vllas, quib. laborat caput, infirmitates illud auellere.

Fa-

Fateor causam nullã esse, cur negẽ populo licere, contra principẽ rebellare, eum arguere, & pro animi sui libitu tollerere, aut de fastigio dignitatis deturbare. An vero hæ, quas proposui, similitudines, aptiores sint, meliusq; ob oculos ponant Regis officiũ ijs quæ petuntur ab artificib. & Medicis (à quib. tamen plurimum se oblectant ij scriptores, qui se sententiæ nostræ aduersarios profitentur) iudicium similiter penes prudentem lectorem esto.

Quod si aliqua forte hic cuiquã circa ea, quibus de hætenus differui, suboriantur dubia : respondendo ad quatuor, quæ omniũ sunt præcipua & grauißima quæ adferri possunt (quod me ultimo loco facturum recepi) ei satisfaciam, & sic totam hanc dissertatiunculam absoluiam.

Principio obijcitur à multis, q̄ operã suam ponunt in scribendis Apologijs pro Rebellionẽ & proditione, vnumquemque natum esse, vt ea sit in Remp. suã propensione animi & affectu, quo erga matrem est eiq; omnia, quæ matri
tene;

tenetur, præstet officia. Bonos itaq; ciues eam quassatam, lethaliter vulneratam & afflictam videntes, quod fit nunquam ab ijs regib. & tyrannis amore suo & officio, quo charissimæ patriæ deuincti sunt, induci & compelli, vt manum operi admoueant, vt eam tandem à tam exitiali peste liberent.

Ad quam primam aduersariorum obiectionē duo respōdeo. Primum certissimum esse in Theologia Axioma nō esse facienda mala, vt bona eueniant, ac idcirco Regis impietatem nunquam posse causam esse, vt qui tam diuino q̄ humano iure ab eo sunt iudicandi: eius fiant iudices. Et sane si priuato non est licitum, ab aduersario suo illatam sibi iniuriam vlcisci (siquidem Deus soli magistratui gladij dedit potestatem) quanto minus vniuerso populo, aut vlli inter eos (quum omnes mere sint priuati, autoritate penes vnum ingratū vt ante docui residente) sibi ad quos nō pertinet, vsum gladii aduersus eum, cuius solius est, Magistratum puta, sumere & arripere licebit.

Se-

Secundum respondeo eis tantum abesse, vt Rempubl. leuent difficultatibus & discrimine in quo versatur liberent:) quod tamen caput est defensionis, quam pro se adferre solent) vt potius eas magis magisque in perniciē ipsius accumulent, atq; ita fieri, vt Rebellio contrarios prorsus ab eis, quos obtinent producat effectus. Neq; enim Rex tam impotens fingi potest, quin imperium eius Remp. melius contineat, eique sit vtilius, quam esse queat ipso ē medio sublato introducta Anarchia.

Principio enim omnis in Rebuspub. periculosa est repentina mutatio, quādoquidē per eam spes fit vnicuiq; privato seipsum euehendi & alienis plumis, q̄ dicitur volandi, omnibus insolentis, quæ ab inordinata & incomposita turba fiducia impunitatis committi possunt laxatis tunc habenis, propter rerum omniū perturbationē. Deinde certissimum est Regē nunquam posse tam deplorate vitij addictū esse, quin generatim faueat iustitiæ ordinemque aliquē in omnibus tueatur & cōseruet,

D ijs

ijs tantū exceptis, ad q̄ soluta eius animi libido & appetit⁹ eū abripiunt. vbi vero nullus est Rex, nihil cuiquā est illicitū.

Comprobat igitur res ipsa veterem Philosophorum sententiam fatius esse in ea viuere Repub. vbi nemini quicquā licet, q̄ in ea, in qua omnib. licēt omnia, ea tū temporis equū indomitū referente, q̄ fessorē suum excussit. Nam vt p̄clare diuinus Salustius: Præstaret aliquid minus cōpositi, nōnullosq; n̄uos tolerare in Rep. q̄ specie reformādi & corrigendi penit⁹ eā labefactare & euertere.

Alterā obiectionē petunt à maledictione, q̄ Reip. impendet, q̄ Rex improbus administrat: Non potest, inquiunt, vllum opus Deo esse acceptius, nec officium magis debitum Reipub. reddi, quam si ab eiusmodi maledictione liberetur, & homines suam sibi afferant vindicentq; libertatem quam exoptare & persequi omnib. à natura est inditum.

Cui Aduersariorū argumento vt respondeam, fateor Regē impium à Deo dari populo suo in maledictionē & peccatorū, quib. cum irritauerūt, vindictā.

Li-

Licere a. ipsis autoritate propria eã sibi à Deo immiffam appellere maledictionē, nego. Et quid ni negē? An quisquã est qui inficiabitur, Regem Babelis maledictioni fuisse Dei populo, put clare ipsi Prophetia de captiuitate, qua abducendus erat, Deus prædixerat, & interminatus fuerat. Quid fuit Nero, dum vixit Ecclesiæ Christianæ? Et tamen Ieremias & Paulus (vt ante intellexistis) nō tantum præceperunt vt eis parerent, sed etiã vt obnixè pro salute & incolumitate illorum Deum oraret.

Certū igitur est, (vt prolixè antea ex lege diuina fuit cōfirmatū) tolerantia, serias ad Deum preces, vitæq; in melius mutationē, sola esse legitima media ad mouendū Deum, vt eos graui ista leuet maledictione. Vindicationē vero libertatis q; attinet, quam tandem habent subditi legitimã potestatem reuocandi, sibi que sumendi illud ius, cui antea tam plene scientes prudentesque renunciarunt? Si enim immunitates statui vel ordini alicui subditorum suorum à se aut prædecessoribus suis aliquando

concessas, iuste non potest reuocare: multo minus certe subditis fas erit eam principi eripere supremam & absolutâ potestatem, qua ipse & prædecessores sui tamdiu in ipsos vsi sunt.

Infelix vero temporis iniquitas, quæ sepe felicissimos cõatibus illorum periniquis, qui Rebelliones excitarunt, largita est successus.

Tertium aduersarijs suppeditat, quod obijciunt. Prosperi successus, inquirunt quos dedit Deus orsis ac cæptibus eiusmodi manifestum reddunt re ipsa Deum iustæ autorum eorum causæ fauisse: Respondeo: verum quidem esse, quod euentus præliorum æque ac rerû aliarum omnium, quæ in mundo accidunt, in solius Dei positi sunt arbitrio, & ea ratio sit, cur in scriptura Deus dicatur exercituum.

Si quis autem ex generali hoc principio concludat eum specialiter iustæ causæ victoriam concedere: eadem opera probaturus est, Philistæos, aliosq; populi Dei finitimos hostes, cum varias ab eo reportarint victorias, iustio-
cau-

causam in eis, quę intulerunt ipsi bellis, habuisse. Quin etiam eadem ratiocinatione bona eiusdem contra Dei arcam causa fuerit. Nam & eam in prælio cæperunt, & apud se satis diu captiuam detinuerunt.

Huc accedit quod omnes melioris notæ scriptores cum Theologi, tum alij, Monomachias siue duella (quæ tamen eo obtentu ineuntur, quod Deus eorum exitu declaraturus est, vtri parti causa iustior) improbent. Sic enim nobis habendum est, alterum qui extra noxam est, coram Deo non esse innocentem. Fit igitur sæpe, vt Deus eorum opera, qui iniustam tuentur causam, suam ipsius vindicet iustissime, postea vero iræ suæ flagella in ignem abijciat. Quod in Dei populo haud raro accidisse notum est: Iratus enim hostes eis suscitauit, suscitatos cōfirmavit, donec sese coram ipso humiliarent. Tum vero eosdem hostes ipsis tradidit.

Eadem ratione Deus vt summus iudex potest iustis pænis afficere suum vicarium, & cum peccauerit Rebellionem

subditos eius excitare, qui rebellionem ei retribuunt. Id ubi factum est, partes instrumentorum, Diaboli partibus intentâdis & torquendis, quos Deus ipsi, tanquã Carnifici suo tradit nihilo sunt meliores. Quare vt à principio dixi, si de causâ ex euentu concluditur, argumentũ fit quod fallax sæpe ac futile est.

Postremum quod opponunt Aduersarij, nititur mutua stipulatione, quam vocant, q̃ inter Regẽ & subditos intercedit, quo tempore est inaugurandus. Aiunt. n. ibi pactum iniri inter vtrosque & in illud cũ Regẽ, tum populũ iurare. cõsequens igitur est sententia ipsorum, vt si altera cõtractus pars à Rege infringatur: subditi ad alteram obseruandam amplius nõ sint obstricti, sed ab eo ipso iuramento, quo Regi sese adstrinxerãt, absoluti. Contractus. n. inquit inter dnas partes ex omni iure alteram liberat, si altera eum non seruauerit.

Quanquam vero vt huic etiam satisfiat obiectioni inficias eam tale pactum fieri in Regis inauguratione, præsertim quod eam habeat clausulã irritantem,
quam

quam isti adferunt. Tamen fateor Regem, cum primum Regnum suscipit, subditis suis polliceri, se honeste & fideliter munere sibi à Deo in eos commissio & mandato functurū esse. Facia, eum postea promissa sua sic exuere, vt nulla prorsus ratione possit excusari, quæritur, quis sit futurus iudex solutæ ab ipso cōventionis, vt maxime hoc detur pacta ista subditis omni meliori modo pro fidelitatis ab ipsis præstādæ ratione confirmata esse. Neminem esse arbitror, vel minima præditum iuris ciuilibus scientia, cui dubium sit, nullo iure nec ciuili nec municipali vllius gentis contractum perturbatum & solutum ab altero contrahentium, ac proinde alterum ab obseruatione eius solutum esse, iudicari, nisi prius à iudice ordinario de eo, qui in culpa est, & contractum solui legitime cognoscatur. Alioquin vnicuique parti & iudici in sua causa esse licebit, quod omnium consensu longe est absurdissimum. In his vero pactis & conuentis, quæ intercedunt inter Regem eiusque subditos vnus Deus omni

D 4 pro-

proculdubio iudex est, simul quod ei soli Rex administrationis suæ (vt aliquo-
ties iam dictum fuit) rationem reddere
tenetur: simul etiam quod iuramento
quod præstatur vtrinque in ipsa inaugu-
ratione, iudex & vindex eius constitui-
tur, qui ea interciderit. Enimvero in
conspectu eius, vt qui solus iudex eorū
est, omnia iuramenta fieri debent.

Quum igitur Deus vnicus sit pacto-
rum iudex, cognitio & vindicta eius so-
lius est: ex quo necessario cōficitur, sen-
tentiam à Deo in Regem pacta non ser-
uantem, ferendam esse priusquam sub-
diti se sacramento liberatos esse, statue-
re queant.

Qualis igitur illa sit iustitia, si idem
sit pars & iudex, sibi partes munusque
Dei sumens & vsurpans, nemo est qui
non facillime ex hoc argumento per-
spiciat. Et num penes turbam capite
orbata & destitutam erit pro arbitra-
tu & libitu suo subiectionem fastidire
iugum regiminis, quod Deus ipsi impo-
suit, excutere, cum à quo iudicanda &
punienda est, iudicare supplicijque affi-
cere:

cere: deniq; in ea ipsa, cui violentia sua se palam fauere & addictam esse profiteretur, causa munus seueri iudicis aut arbitri ad se rapere & vsurpare? Imo si quod res est loquamur, nec Rex de populi, nec populus de Regis fide violata hoc casu iudicare deberet. Nam si recte consideremus partes, quo tempore inuicem contrahunt, Rex vna est: subditorum autem vniuersum corpus, altera.

Itaq; cum certum sit, Regem, si accideret, vt totum subditorum suorum corpus in eum rebellasset, non debere tali casu ac si liberatus esset omni promissione sua & iureiurando, hostem se gerere infestissimum, nec moliri omnium subditorum & patriæ suæ exitium: & si debeat in præcipuos, vniuersalis illius rebellionis authores & faces iuste animaduertere: quanto minus igitur populus (qui semper ei subiectus manet & omni destitutus autoritate, quo ad se) poterit Regem suum iudicare, ipsumq; euertere conabitur: si secus fiat, populus vt pactorum aliter, haud citius Regem suum accerset perturbatæ conuentionis:

D 5 quam

quam Rex populum eiusdem criminis infimulabit: qua ratione fiet vt pars sit iudex in propria causa, vt iam ante dictum fuit.

Quo loco similiter notandum venit, officia & fidelitatem, in quæ iurant subditi. non solum eos deuincire principi suo, cui iurant, verum etiam omnibus legitimis eius heredibus cum hereditaria successio in regna à Dei populo cæperit, & feliciter in multis Christianorum Rebuspub. continuata sit. A deo vt nec in principe hæresis, nec statutum, nec lex vlla populo immunitatem afferre possit, qua Regi suo & successoribus eius, legibus Regni fundamentalibus constitutis, iusiurandum præstare non teneatur. Quum ipsorum supremus Dominus hereditarius sit, ac proinde natiuitate seu propinquitate non iure aliquo inaugurationis ad regnum perueniat: non minus iniustum est, (cum corona nunquam vacet) successorem, ne regnum obtineat, impedire ac prædecesorem eijcere. Quo momento enim Rex qui potitur, expirat:
pro-

proximus eius legitimus heres locum eius ingreditur. Eum igitur non admittere, aut alium intrudere, non est aditu prohibere, quibus accedere non licet: sed iustum suum Regem præter ius exigere.

Spero autem totum Galliarum Regnum iam agnoscere superstitiosam ligistarum rebellionem, qui obtentu hereseos, vi armata tam diu maximo totius Regni detrimento, proprium & legitimum suum Regem à possessione sua hæreditaria arcuerunt.

Ista vero utens dissertatione & pro Regibus Apologia, non mihi ea mens est, Principes liberos & absolutos quoscunque tandem committant errores & indigna facinora, nullas omnino dare penas oportere: quasi mundus pro eis solis cõditus & ordinatus esset, eisq; omnia q̄ in eo sunt sursum deorsum, absq; vlla cuiusquã contradictione, p̄ animi sui libidine versare liceret. Imo cõtra, cū eos ad
Deum

Deum adesse iubeo (qui unus ipsorum iudex est ordinarius) relinquo eos præceptori, omnium, qui excogitari possunt, seuerissimo. Quo magis enim Rex supra reliquos omnium hominum ordines à Deo euectus est, eius solum sedibus eorum supereminet, eo magis creatori suo deuincitur. Quamobrem si sui sit immemor (cū tanta sit eius ingratitude, quanta est excellentia) eo grauius futurum est ipsius supplicium. Quanta enim eius est eminentia, tanta erit etiam qua compensabitur, ruina: Quanto enim quis Deo magis obstrictus est, tanto maior ab eo noxa committitur. Iouis fulmina sæpius & grauius feriunt altas quercus, quam humiles salices: subsellium supremum lubricissimum est.

Regem vllum sui erga Deum officij, aut vocationis sibi incumbentis oblitum fuisse, nunquam auditum fuit, quin
Deus

Deus supplicij gravitate, magnitudinem ingratitude eius vltus sit.

Neque etiam fore existimo, ut argumentis huius meæ dissertationis subditos adducam, eisque persuadeam, ne vlli eorum posthac incitari se patiantur, ut in principes improbos insurgant & rebellent.


Sed committant iustitie & providentia divine, quæ olim effecit, ut vel pediculi & abiectissimus terræ pulvis elati Pharaonis compesceret insolentiam, ut pro bona voluntate & placito excitet in pœnam impiorum Regum flagella. Id unum hic ago, ut in quantum possum omnibus Christianis lectoribus qui nudo nomine non contenti vita sua ac fructibus bonorum operum, quos perferunt quotidie, se reuera Christianos esse declarant, his certissimis & infallibilibus, argumētis persuadeam, ut simul mentes & manus ab-


abstineant & puras habeant à prodigio-
 sis istis ac nefarijs rebellionibus quando-
 cunq; eas principis de Deo promerebi-
 tur improbitas: quo, cum, visum fuerit
 Deo eiusmodi Principum flagella, & in-
 dignationis sue instrumenta in ignē ab-
 ijcere & perdere: vos stare possitis mun-
 dis manib. & conscientijs immaculatis,
 quippe q̄ ostenderitis omni vita vestra,
 verè vos esse quod dicamini erga Deū, &
 officiosos parentesq; subditos in vestrum
 Regē, iudiciū vindictamq; omniū iniu-
 riarū, quas vobis intulit ei, cuius solius
 est, committentes. Sed Deū precatus, ut
 benedictiones suas, nobis perpetuet, spe-
 rans etiā eū facturū esse, nec immisurū
 nobis tā formidolosas calamitates, nec
 desolationem: id vnice opto, ut Rex no-
 ster se gerat & inter nos in posterum
 semper viuat tanquam Deus in terris,
 parensq; nostri amantissimus, eis præ-
 ditus

ditus virtutibus quas ei prima huius tractatus parte attribui.

Vos vero quod attinet (populares charissimi, Lectoresq; beneuoli) opto, ut omni studio ac conatu adnitamini, ut incolumitatē & prosperitatē Regis vestri promoueatis, adeo, ut quemadmodū ipsi statuendum est, omnem felicitatē suam terrenā in salute vestra fundatam esse: magis seipsum curans vestri quam sui causa, seq; reputans solum propter vos & bonum vestrum constitutum esse: ea inter ipsum & vos sancta oriatur æmulatio, qua cura ipsius de vestra tranquillitate & studiū vestrum erga ipsius honorem & incolumitatem sic inuicem certent quotidie in omnibus actionibus vestris, ut vos tali Rege felices, Rex vero tam obsequentibus subditis imperando, longe se beatissimum esse iudicetis.

FINIS.





De Iure Monarchia
ditus virtutibus quas e
tractatus parte attribui.

Vos vero quod attin
charissimi, Lectoresq; ben
omni studio ac conatu a
incolumitatē & prosperita
promoveatis, adeo, ut qu
statuendum est, omnem
terrenā in salute vestra
magis seipsum curans
causa, seq; reputans solu
& bonum vestrum const
inter ipsum & vos san
mulatio, qua cura ipsius
quillitate & studiū vest
honorem & incolumita
certent quotidie in omni
vestris, ut vos tali Re
vero tam obsequentibu
rando, longe se beatissim
tis.

FINI



the scale towards document